



Im 10. Jahr des Trojanischen Krieges ersann Odysseus eine List: Die Griechen bauten ein riesiges hölzernes Pferd, in dem sich einige Kämpfer versteckten. Dieses Pferd ließen sie gemeinsam mit einem gewissen Sino (*Sino, Sinonis* m.) am Strand (*litus, litoris* n.) von Troia zurück; die griechische Flotte legte ab, segelte aber nicht nach Hause, sondern nur zur nächstgelegenen Insel, wo sie sich in einer Bucht verborgen hielt.

Ubi litus a Graecis relictum est, Troiani ex urbe cucurrerunt.

Quod dolum Graecorum et periculum metuebant, equo ligneo caute appropinquaverunt. caute (Adv.) - vorsichtig

luxta equum Sinonem invenerunt. Sino a Troianis de equo interrogatus respondit: „Is equus vobis Troianis a deis magnis datus est. Trahite donum deorum in forum vestrum!“

Primo Troiani Sinoni non crediderunt. Diu cogitabant, diu dubitabant.

Postquam autem multae sententiae dictae sunt, tandem vicit ea sententia: „Donum deorum in urbem trahi oportet. Ita a deis imperatum est.“ Et Priamus, rex Troianorum, dixit: „Ita agemus.“ sententia - Meinung
oportet - es ist nötig

Iam Troiani equum magno cum labore trahebant, cum a Laocoonte, sacerdote Neptuni, qui advolaverat, verbis severis moniti sunt: „Nonne Sinonem ab hoste missum esse animadvertis? Num verbis viri Graeci fidem habetis? Num equum in oppidum trahetis? Audite, Troiani! Cavete Graecos! Inimicis non dona dare, sed insidias parare solent. Eos urbem nostram delere in animo habere scimus. Si equum in forum Troiae trahimus, nos delebunt. Troia ardebit. Graeci victores erunt. Eum equum ligneum valde timeo neque vobis monere finiam. severus, a, um - streng
animadvertere - erkennen

Cavete, Troiani, cavete eum equum, cavete Sinonem, cavete dolos Graecorum!“

Postquam haec verba a Laocoonte dicta et a cunctis audita sunt, subito duae serpentes magnae longitudinis sacerdoti appropinquaverunt. Cuncti territi fugerunt, sed angues Laocoontem tantum petiverunt. Scimus Laocoontem cum filiis duobus a serpentibus necatum et in mare tractum esse; Troianos tum magno timore completos equum ligneum statim in urbem traxisse. longitudo, inis f. - Länge
tantum - nur